

# D. ERASMI

ROTERODAMI IN PRIMVM ET

secundum psalmum exactissime enarrationes, in  
tertiu paraphrasis, iam denuo per au-  
torem recognite.

His accessit in psalmum quartum concio,  
opus modo recens, et natum  
et excusum.



*correcto.*

Basilicæ apud Ioannem Froben. Anno

M. D. XXV.

Cum priuilegio Cæsareo.

ERASMVS ROTERODAMVS

*Author dam  
natus.*

Beato Rhemano Slestadiensi

S. P. D.



Um uideamus Beate optime, illiteratis  
etiam hominum uulgas, xeniolis ultrò  
citroq; missitatis, necessitudines suas ui  
cissim alere, non putauit conuenire,  
ut in optimarum literarum cultoribus,

*opus. l. u.  
Expans. p.  
missis.*

hæc ciuilitatis & officij pars cessare uideatur. Præser  
tim in nobis, quos communis studiorum ardor, tam ar  
cta necessitudine copulauit, ut arctiore non possit. Nus  
per igitur cum itineris labore delassatis equis, dieculas  
aliquot apud diuum Audomarum cogerer subsidere,  
ne tempus hoc omnino periret studijs, de parando tibi  
xeniolo cæpi cogitare, & commodū ueniebat in men  
tem, quod grauitè admonet Seneca noster, cum pri  
mis esse dispiciendum, nō solum uti munus dignum sit  
eo qui mittit, uerum etiam aptum ei cui mittitur. Sic  
enim fieri, ut quæ per se uilissima sunt, hoc ipso red  
dantur preciosissima, quod commode fuerint delecta.  
Quid autem magis mitti decuit ab homine theologo,  
quàm eximium aliquem flosculum ex uernantissimis  
diuinarum literarum areolis decerptum? Quid autem  
magis conueniebat mitti Beato, quàm ipsam uere Bea  
ti formulam, diuini spiritus penicillo depictam? Diui  
num planè cognomen, ut quod hominis naturam supe



# IN P S A L

MVM QVARTVM CONCIO PER  
Erasmum Rot. opus modo recens  
& natum & excusum.

*Authorz damnaty.*

*opus h'oy. copure. permisus.*



*Correcto.*

**Basilce apud Ioannem Froben. Anno**

**M. D. XXV.**

**Cum privilegio Cesareo.**

IN PSALMVM QVARTVM CON/  
cio Des. Erasmi Rot.



Vo plus habet difficultatis Exordium ab  
psalmi presentis explanatio attentione.  
fratres in domino charissi/  
mi, hoc intentius oportet ani/  
mum aduertere, ne simul &  
uobis pereat fructus tam de/  
siderabilis, & mihi summa  
tur inanis in docendo ope/  
ra. Contemnitis paululum laboris in amouendo nucis  
amaro cortice, duroque putamine, quo fruamini nu/  
cleo. Multo magis hic contemnetis paululum in at/  
tendendo studij, quo saluberrimo simul & iucundissi/  
mo cibo reficiantur animi uestri, quem uobis prebebit  
hic psalmus. Adesse dignabitur utrisq; nostrum spiri/  
tus ille, quo fuit afflatus qui psalmum hunc edidit, si  
modo nos promptam animi uoluntatem presterimus.  
In titulo uos non diu torquebimus, nam & hic uariis  
fertur. A septuaginta uidetur additus hic titulus. In si/  
nem in hymnis psalmus David. Diuus Hieronymus  
hebraeorum autoritatem sequutus, hunc prefixit, uicto/  
ri, siue ad uictoriam in canticis psalmus David. Sunt  
codices qui incerto autore, habent hunc titulum. In si/  
nem psalmus canticum David. Quum auditis in finem,  
expectate sensum aliquem sanctiorem & abstrusum,  
4 2 qui

Docilitas.

Tituli mys/  
terium.



IN PSAL. QVARTVM CONCIO

staturus, quàm uel intelligere possimus, per quem nobis hic quies & gaudium, ipsi cum patre & spiritu sancto gloria sine fine. Amen.

CONCIONIS IN PSALMVV

quartum per Desiderium Erasmus  
Roterodamum, finis.

Basilæ apud Ioannem Froben. Anno  
M. D. XXV.

MENSE FEBRVARIO.

